



## Universitätsbibliothek Paderborn

**In Epistolam Ad Hebraeos, Ioannis Oecolampadij,  
explanationes, ut ex ore pr[a]elegentis except[a]e, per  
quosdam ex auditoribus digest[a]e sunt**

**Ökolampadius, Johannes**

**Argentorati, 1534**

**VD16 B 5199**

Colloqvivm Iambicvm Theologiae atq[ue] lectoris, Io. Oecolampadio,  
Theologorum principi sacrum, autore Ioan. Sapido.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36048**

# COLLOQVIVM

IAMBICVM THEOLOGIAE

atq; lectoris, IO. OECOLAM

PADIO, Theologorum

principisacrum,

autore

IOAN. SAPIDO.

L. VAEtu puella? TH.sacra  
sum Theologia.

L. Quid accidit? quid fles?  
T. meum summū decus.

L. q Quod? T.Oecolampadiū  
meum, optimum uirum.

L. Cur? T.hunc grauitrux  
carcinus neci dedit.

L. An non diu, quem tu uirum optimum uocas,  
Vixit satis, uel si nimis cito cadat?

TH. Verum quidem, sed eius hic nil conqueror  
Inter beatos nunc agentis coelites,  
Nactiūsiugi laude nomen inclytum

L. Quid ergo luges? TH.quid:mei malum boni.  
Quod inquis? TH.hoc autore planē lux noua,  
Qualis retro nullis refusit seculis,  
Visa est meis oririer mysterijs,  
Qua pars mei, uel sole darius nitet;

Sed

Sed me tenebris liberasset omnibus,  
Ni mors eam mihi abstulisset cum uiro.

L. Amabo dic parauit arte qua: T H. rogas:  
Fuit uir acris & memoriae & ingeni,  
In iudicandis rebus idem præpotens,  
In literis doctissimus trilinguis,  
Quàm maxime peritus artium omnium,  
Et strenuus uictor laboris improbi:  
His usus est. L. Alius ne nemo idem potest:  
T H. Paucis habe, post se reliquit neminem,  
Nec antecessit ullus. L. ergo. T H. iam sive  
Rogare, non tibi huc responsum uenimus,  
Sed lachrymis queis me dicaui , fac abi.

T'λος.

ARGENTORATI in Officina Mathiae  
Apiarij. Anno salutis humanæ  
M D XXXX IIII  
Mense Augusto.

62